 de vocatiu⁹ singularis terminationē habēs cōmunē graecis z latinis:  
 tamen accētū graeco z latino p̄ferri potest: mixt⁹ tamē sermoni lati-  
 no secūdū regulas accētus latini p̄ferend⁹ est. In sermone vero grae-  
 co accēt⁹ graeci regulas sequat oportet. Esto exēpli causa hoc nomē  
 atreus: quod tam a graecis quam a latinis per eus diphthongon pro-  
 fertur: quam terminationem latini suam fecere: atqz accentu accuto  
 in p̄ma ptulerūt. Atq̄ Ald⁹ manult accētū accuto i vltimo notare: quē  
 admodū z oia alia noia similt̄ cadētia puta p̄the⁹. these⁹. p̄methe⁹.

Tertia regula est qd̄ nomina masculina aut foeminina aut duoz  
 generū cōmunia: quę declinationis quę ad tertiā n̄am referūt: mit-  
 tūtqz nominatiuū z vocatiuū pluralis in. es. cōmunez graecis atqz la-  
 tinis terminationē genitiui singularis vtriusqz lingue rationē sequū-  
 tur. illa modo differētia est: qd̄ graeci breuiāt latini vero p̄ducūt ter-  
 minationē illā. vt quoniā apud grecos nomina terminata in. as. reci-  
 piētia. d. in genitiuo acūt vltimā: penultima quoqz genitiui acuitur:  
 atqz ex cōsequēti alioz casuū ex regula iferi⁹ tradēda. Esto exēpli cau-  
 sa arcas. arcados. arcadi. arcada. o arcas. In plurali q̄qz arcades. A-  
 pud latinos tamē qz huiusmodi nomina in obliquis breuiāt penulti-

mā: accēt<sup>9</sup> transferē in tertiā a fine. vt arcas. arcadis. arcadi. arcadē. o arcas. Plurali nominatiuo z vocatiuo arcades. Cū itaq; Vergili<sup>9</sup> in bucolicis dicit ambo florētes aetatib<sup>9</sup> arcades ambo: atq; ibidē arcades inuidia rūpanē vt ilia codro: qz vtrobiq; es. breuiat: cōstat declinationē esse graecā z cōsequēter penultimā debere p̄duci. tametsi penultima sit breuis. Accusatiui tamen pluralis inter graecos z latinos manifesta est differētia ex terminatione: qđ illi in. as. breuē nos vero in. es. lōgam terminamus. qre illi arcadas penultima acuta: nos arcades antepenultima p̄ferem<sup>9</sup>. Atq; pari modo de reliq; huiusmodi. Nūc ad singulas quinq; declinationum graecarū z triū latinarū terminations accedam<sup>9</sup>. Sed qđ sibi velit Quintilian<sup>9</sup>: cū de accētū scribēs ait se iuvene doctissimos quosdā senes p̄ferre solitos atre<sup>9</sup> z nomina huiusmodi p̄ma acuta: vt necessario secūda ellz grauis: mibi nō liquet. Nā si terminationē illā in eus diphthōgō ex sermone graeco i latinā declinationē admittit: recte p̄ferēbāt senes illi. si nō admittit: p̄perā. Atq; omnes grāmatici illā admittūt: atq; inter secūde declinationis terminations cōnumerāt. Sz antea quā ad singula descēdā repetēde sunt ex eodē loco regulę duę. Prima: qđ vltima dictionis syllaba existēte lōga: nō pōt accēt<sup>9</sup> in tertiā a fine collocari: sz in penultima aut in vltima. Altera qđ in eadē syllaba collocat<sup>9</sup> accēt<sup>9</sup> in obliq;: in q̄ fuerat in recto. quę regula trib<sup>9</sup> in locis deficit. p̄mo si in recto accēt<sup>9</sup> sit in antepenultima: in obliq; vero vltima sit lōga: tūc enim ex regula supiori trāfferē accēt<sup>9</sup> i penultimā. vt apostolos. apostolu. apostolo. apostolon. o apostole. vel apostolos. in nomiatiuo accusatiuo z vocatiuo antepenultima acuit<sup>9</sup> in genitiuo z datiuo qz alter diphthōgo alter omega terminat<sup>9</sup>: in penultimā trāfferē. Deficit qz haec regula in nominib<sup>9</sup> quę ad tertiā n̄az declinationē referūt: quę p̄pterea qđ crescūt vna syllaba in obliq;: si accēt<sup>9</sup> in recto ē in antepenultima: necesse ē in obliq; in sequētē trāfferat<sup>9</sup>: quoniā accēt<sup>9</sup> in q̄rta a fine collocari nō pōt. vt aenigma. habet in p̄ma accētū: aenigmatos in secūda. Tertio deficit haec regula in dictionib<sup>9</sup> monosyllabis quę ad tertiā declinationē n̄az referūt: quarū genitiu<sup>9</sup> i. os. acuit<sup>9</sup>: trāferturq; accēt<sup>9</sup> a p̄ma in vltimā vt pā panos. cres. cretos. accusatiu<sup>9</sup> q̄ frequēt vsurpat<sup>9</sup> nominatiui accētū seq̄tur. vt pana. creta.

Prime igit<sup>9</sup> latine declinationis vna dūtaxat ē terminatio in. a. breui. recipit tamē z q̄ttuor graecas in. a. longā. in. a. breuē. in. as. et in. es. lōgas. quibus omnes suos casus cōmunicat. recipit inquam ex prima declinatione graeca duas. in. as. et in. es. vt aeneas. anchises. quarū genitiuus exit in. e. diphthōgō. cui similis est datiuus. accusatiuus in. am.

Vocatiu<sup>9</sup> in. a. breuē. ablatiu<sup>9</sup> in. a. longā. Sūt q̄ hos casus nō a grae-  
ca terminatione in. as. aut in. es. s; a terminatione latina in. a. breui d̄  
ducāt. et illud qđ Horati<sup>9</sup> in. ij. sermo. scribit. ne qđ humasse velit aia-  
cem atrida vetas cur. z illud Quidiij ex. iij. meta. Te tamē oparui re-  
ctoꝝ polydecta scriphi. illud p̄terea Sencee in agamēnone. Aggre-  
diar te oresta furaboꝝ libēs. Illud qđ Martiali<sup>9</sup> Tereos aut coena  
crude thyesta tua: nō ab eo qđ est atrides. polydectes. orestes. thye-  
stes: s; ab eo poti<sup>9</sup> qđ a trida. polydecta. oresta. thyesta esse deducta.  
S; cur has duas latini magis nō recipiūt: quam alias de q̄bus paulo  
post dicturi sum<sup>9</sup>: nō video. Sed qđ ad rē attinet: plerique latinorum  
fallunt: cū audiūt graecos: putātes qđ illoꝝ verba ita sunt enūciāda:  
quēadmodū ab illis p̄ferunt. Nā cū apud eos vltima existēte longa  
accētus nō possit in tertia a fine collocari: s; aut in eadē vltima aut in  
penultima siue illa sit breuis siue lōga: cūq; nomina in. as. z in. es. des-  
nientia p̄ducant in hac declinatione: necesse est vt penultima etiaz si  
breuis sit acuāt. Quare illi ex sua regula dicūt andreas. pythagoras.  
p̄riamides. p̄athoides. Hos vero q; penultima est breuis: trās lato ac-  
centu in tertiā a fine dicimus andreas. pythagoras. p̄riamides. pan-  
thoides. Itaq; apud Horatiū in. ij. sermo. quia ex declinatione grae-  
ca legim<sup>9</sup> pythagoran p. n. in fine: penultimā accētū acuto p̄feremus  
Qualia in q̄t vincūt pythagoran anitiq; reū doctūq; platona. Apud  
Vergiliū qđ in tertio aeneidis ex eadē ratione p̄riamiden heleniū gra-  
ias regnare p̄ vrbes. et apud Horatiū in p̄ri. car. tartara p̄athoiden  
iterū orco. In vocatiuo qđ apud eundē in. ij. sermo. Laertiade qđ  
qđ dicā aut erit aut nō. Pari qđ sunt in errore qđ obliquos: nā de re-  
ctis nolo nūc digladiari: horū nominū esaię. ieremię. zacharię z similit̄  
desinētiū: p̄ferūt in penultima accētū acuto: cū sint omnino casus la-  
tini habeātq; penultimā breuē. Eadē p̄terea ratio nostros in erro-  
rē induxit: vt nomina graeca secūde illoꝝ declinationis in. a. lōgam d̄  
sinētia: penultimāq; breuiātia que cū apud illos eandē penultimā si-  
ue vltimā acuāt: ipsi qđ mutata etiā declinatione: quēadmodū z illi  
p̄ferūt: cū deberēt ex accētus latini regula tertiā a fine acuere. z p̄ eo  
qđ illi dicūt sophia. philosophia. theologia. astrologia. nemea. penul-  
tima acuta: ipsi p̄ferre deberēt sophia. philosophia. theologia. astrolo-  
gia. nemea. accētū in tertia a fine ex ratione declinationis latine: que  
vltimā ex lōga in. a. breuē cōmutauit. Qđ si lōga vsq; repiat: itelligi-  
mus declinationē esse graecā: atq; p̄inde accētū graeco p̄ferendum.  
Quēadmodū apud Papiniū in. v. theba. z facilis nemea latas euo-  
luere vires. Quem locū Priscian<sup>9</sup> libro. vij. citās. nemea inquit: quia



seruauit. a. pductā accētū in penultima retinet acutū. Nō deerūt for-  
tasse q̄ dicāt in papinio legēdū esse p nemea nemeē. aut p caesurā po-  
nibzēuē p lōga: vt accētū latino pferat nemea p̄ma acuta. Sed nihil-  
omin⁹ regula vtriusq̄ lingue in vigore suo pstat. Nā vero quis etiam  
ex doctissimis q̄busq̄ nō peccat in pferēdis nominib⁹ in. e. lōgā desinē-  
tib⁹: quē omnia ex mere graeca declinatione inflectūtur: in illis prae-  
sertim quē habēt penultimā breuē. Nā cū deberēt illa enūciare accen-  
tu graeco: ipsi latino pferūt. vt penelope p penelope. calliope p cal-  
liope helene pro helene. erigone p erigone. danae pro danae. curydi-  
ce p eurydice: z fere ad hūc modū nomina ppria foeminarū praeter  
admodū pauca. vt agaue. canache: acuentia vltimā. Nomina quoq̄  
regionū. vrbū z insularū. vt libye p libye asine p asine. ithace p ithace.  
melite p melite. et nomina possessiua in. ce. desinentia. quē acutū vlti-  
mā. vt grāmatice p grāmatice. dialectice p dialectice. musice p musi-  
ce. ethice p ethice. A recto etiā in. a. breui terminato: cui⁹ penultima  
pducit: acuturq̄ antepenultima: accēt⁹ vsurpat. vt apud Papiniuz  
libro. vij. thebaidis. Nāq̄ ferūt raptā patris aeginā ab vndis. p quo  
ineruditi dicerēt aeginā penultima acuta siue circūflexa: quoniā est  
p naturā lōga. Secunda declinatio latina quinque habet proprias  
terminationes in. er. ir. ur. um. us. Recipit quoq̄ vnā graecis atq̄ la-  
tinis cōmunē in eus. diphthōgō. Cui⁹ nominatiuus quē admodū pau-  
lo ante dixim⁹: in sermone latino latin⁹ poti⁹ quā graec⁹ cēseri debet:  
atq̄ idcirco pferēdus est accētū latino: hoc est penultima acuta: cum  
apud illos vltimā acuat. Ex hac terminatiōe latini omnes casus atq̄  
p inde accēt⁹ graecos vsurpāt. vt tere⁹: p eo qđ illi dicūt tere⁹. In ge-  
nitino tereos penultima acuta. vel terei p syneresin accētū in fine cir-  
cūflexo. nā terei. p. ei. solutus latinus est. Martialis. flet philomela ne-  
fas incesti tereos z q̄. Vergili⁹ in buco. aut vbi mutatos terei narraue-  
rit art⁹. In dativo terei p syneresin q̄ sicut orphei. Idē in eodē ope  
Orphei calliopea lino formosus apollo. Nā orptheo z tereo latini es-  
sent casus. In accusatiuo terea z orphea penultima acuta. Iuuenalis.  
alcinoen bacchi thebas z terea fausti. Vergili⁹ in buco. Orpheaq̄ in  
medio posuit: siluasq̄ sequētes. Tereū nāq̄ z orpheū casus latini sūt  
Locatiuus fere semp vsurpat a latinis: circūflectitq̄ vltimā. vt o te-  
reu. o orphen. Ouidius. li. vij. metha. vt voluere ambē voluisti tu q̄q̄  
tereū. Vergili⁹. iij. geoz. Illa q̄s z me iquit miserāz te pdidit orphen.  
atq̄ ad hūc modū reliqua in eus diphthōgō desinentia: q̄ sunt ppe inu-  
mera. vt tyde⁹. tydeos. thydea. tydeu. pele⁹. peleos. pelea. peleu. the

sens. theseos. thesea. theseu. achorē. achorēos. achorēa. achorēu. pē-  
 the. pētheos. pēthea. pētheu. pmethe. pmetheos. pmethea. pme-  
 theu. Recipit etiā duas in. os. et in. on. lōgas: quae illi per tertiā atti-  
 corū declinationē inflectunt. vt androgeos. androgeo. androgeo an-  
 drogeō. o androgeos. athos. atho. atho. athō. o athos. haec declina-  
 tio cū suo accentu a latinis nōnūquā vsurpat. Vergili. ij. aenei. An-  
 drogeos offert nobis socia agmina credēs. Idē. li. vi. In foro loetus  
 androgeo. tū pēdere poenas. nā androgeo genitiu<sup>9</sup> est graecus attic<sup>9</sup>.  
 Iuuenalis. credit olim velificat<sup>9</sup> athos: et quāquā graecia mēdax. et Ver-  
 gi. primo geoz. aut atho: aut rhodopē. haec quoque declinationē iterpres  
 vsurpauit in epistola ad corinthios prima. Ego quidem sum Pauli  
 ego autem apollo: qui genitiuus est graecus ab eo quod apollo. Idē  
 in eadem. de apollo autem fratre notum vobis facio. qui ablatiu<sup>9</sup> da-  
 tiuo attico similis est. Idem in epistola ad titum apollo inquit solici-  
 te permittite: qui accusatiuus quoque atticus est. habetque accentū in ter-  
 tia a fine: tamen si penultima sit longa: quod est declinationis atticae  
 proprium. De altera terminatione in. on. lōgam: nō succurrit exē-  
 plū: quod vsurpetur a latinis. Recipit praeterea et duas alteras in  
 os. et in. on. breues: quae per quartam declinationem graecorū infle-  
 ctuntur. vt ilios vel ilion. nam in vtraque terminatione reperitur. et ab  
 eo quod est ilion. Vergilius. iij. aenei. dixit. ceciditque superbum ilion:  
 et omnis humo fumat neptūnia troia. Ex hac terminatione maxime  
 in. os. latini frequēter casus rectos atque ex obliquis accusatiuos vsur-  
 pant cum suis accentibus: qui sunt apud illos tam varij: vt a nobis  
 de illis nihil certi tradi possit. Nam et penultima etiam per naturam  
 longa existente reiiciunt accentum in tertiam a fine: quemadmodum  
 in ijs: quae sequuntur. aglauros pro vna ex filiabus cecropis. acastos  
 peliē regis argiuorum flui<sup>9</sup>. Laystros asiae proprie dicte filius. cephe-  
 sos phocidis regionis flui<sup>9</sup>. Lymolos insula vna ex cycladibus. Ly-  
 parissos. viri et ciuitatis nomē. Corinthos ciuitas celebris. Erasmos  
 peloponnesi flui<sup>9</sup>. Epiros regio europe contermina macedonie. Eri-  
 mathos flui<sup>9</sup> et mōs archadie. Euādro viri nomē celebre. Hellepō-  
 tos fretū celebre. Hermaphroditos idē quod androginos. Hyacithos flos  
 et lapis. Hymeneos nuptiarū deus. Bacchos idē quod bacch<sup>9</sup>. Learchos  
 athamatis filius. Leucippos nomē viroz. Ahaēdro fluius phry-  
 gie. Marcissos floris et viri nomē. Olympos mōs multis in locis. Pe-  
 losos p. montoriū sicilie. Parnassos phocidis mons. Priapos insu-  
 la. opidū hortoz deus. Polyphemos vn<sup>9</sup> ex cyclopib<sup>9</sup>. Rhadaman

thosionis filii. Tyrānos violētus dominator. abydos ciuitas helles-  
pōti. Zacynthos insula in mari ionio. que omnia rationis huius signa  
ri accētum penultima pferunt: ex eo decepti quod sit lōga. Nam quis  
apud vergiliū in tertio aeneidīs nō legit iam medio apparet fluctu ne-  
morosa Zacynthos penultima acuta p zacynthos eadē graui: apud  
Quidiū quoq; in hero. et quos tulit alta zacynthos pro zacynthos. z  
apud Martialē. Cōsuluit nares an olerēt aera corithō pro corithon.  
apud Ithoratiū tamē qz declinatione latina vsus est: legim⁹ cōtigit ad i-  
re corinthū penultima acuta. Quidi⁹ in epistola Leādrī. In speculis  
omnis abydos erat. atq; rursus ad leādrū Ihero. Si q̄s abydo vene-  
rit: aut quero si quis abydō eat. sed qz ablatiuus mere latinus est: ac-  
cētū latino est proferendum abydo quemadmodum apud Clergi-  
lium p̄i. georgi. z ostriferi fauces tentantur abydi. Nam quod Lu-  
canus in. ij. dixit: sestonq; admouit abydo: quāquam datiuus ille cō-  
munis est graecis z latinis: nihilomin⁹ tamē ex ijs que dicta sunt accē-  
tu latino est pferend⁹. Atq; e diuerso cōplura sunt penultima habē-  
tia breuē eandēq; acuentia. vt a phego quod est comedo. z aphozeo  
quod est phero. et aphone siue phonos quod ē cedes cōposita: cuius-  
modi sunt pāphagos. sarcophagos. lotophagos. dozyphoros. nice-  
phoros. carpophoros. nebrophonos. leontophonos. myophonos. z  
ad hunc modū alia innumera que sub regulā nō cadūt. Ex sermonis  
praeterea graeci idiomate nō pauciora sunt acuentia vltimā. vt iape-  
tos. oceanos sperchios. silenos. rhodanos. apidanos. aeacos. z deno-  
minatiua exeūtie in mos. vt barbarismos. solecismos. pleonasmos.  
porthmos. isthmos. et nomina possessiua desinētia in cos. vt grāma-  
ticos. dialecticos. rhetoricos. dicticos. historicos. z multa alia que nu-  
mero cōprehēdere nō est: quoꝝ accētus cum terminatione in rectis z  
obliq; ab autorib⁹ vsurpat. s; accusatiui vt paulo ante dixi frequēter  
alij casus raro. vt apud cosmographos hesperu ceras. i. p̄mōtorium  
hesperi. z heliutrapeza. i. solis mēsa. z in plurali theō ochema. i. deoꝝ  
curr⁹. Tertia dēclinatio terminatiōes habet aliquāto plures quā  
graecoꝝ quinta. que ad tertiā n̄am referūtur: de qb⁹ p ordinē nunc  
est differēdū. Igit̄ in. a. desinētia: que cōmunis ē graecoꝝ z latinoꝝ  
mittētia genitiuū in. atos. tertiā a fine acūt in obliq;. vt dogma dog-  
matos. aenigma. atos. diadema. atos. Latini ex hac terminatione ge-  
nitiuū pluralē plerūq; vsurpāt: q̄ p̄pterea qd̄ in. on. p. o. lōgū termi-  
nat̄ quēadmodū z omnes alię partes orationis que p̄ casus declinā-  
tur: accētum in penultima attrahit. vt epigrāma. atos. z in plurali epi-  
grāmata. epigrāmatō. Martialis in primo. tota not⁹ in v̄be martia

lis argutis epigramatō libellis et nomē illud dei quod ē ineffabile te-  
tragramatō cognominat. Clemēs quo qz a nostris frequēter in libris  
peristromatō citat. In. i. latinum siue. γ. graecū desinētia quę ple-  
rūqz barbara sunt: atqz apud graecos decliabilia sunt mittētia geniti-  
num in. ios. vel in. yos. accētū habent in prima sibi syllaba. vt commi.  
ios. pro gummi. stimmi. ios. pro stibio. cici. ios. pro galla. meli. ios. pro  
melle. moly. yos. p radice quadā. Cui? cōposita retrahūt accētū ter-  
tiā a fine. vt hydromeli. oenomeli oxymeli. Poly syllaba qz vt cinnia  
bari. pipi. sinapi. qz nos latinū faciētes in sinapis penultima circūflexa  
vertim?. Latini ex hac terminatiōe casus tātū recto similes vsurpant.

In. o. longū desinētia quę grecorū terminatio ppria est: generis  
foeminini vltimā acuūt: mittūqz genitiuū i. oos. aut i. us. p syncresin cō-  
tractaz accentu circūflexo. vt dido didoos vel didus. didoi vel didoi  
contractam didoa vel dido odido vel didoi. z eodem modo sapho  
saphoos vel saphus. manto mantoos vel mantus. clio clioos vel  
clius. erato eratoos vel eratus. echo echoos vel echus. calypso ca-  
lypsoos vel calypsus. spio spioos vel spi?. io ioos vel ius. ino oos vel  
inus. lāpedo lāpedoos vel lāpedus. clotho clothoos vel clothus. La-  
tini ex hac terminatione omnes casus synaerizatos cū suis accētibus  
vsurpāt. Quidi? in pmo d arte nec mihi sunt visae clio cliusqz sorozes  
Idē in heroidib?. An nisi legisses aurois nomina saphus. Clergi. vis  
aene. fatidice mātus z tusci fili? amnis. Idē quoqz in qrtō accusatiuū  
vsurpauit. Et nomine dido saepe vocatur. z in priapeijs atlātiadēqz  
calypso. Hec de graecis nominib? in vocalib? terminatis: quae ad ter-  
tiā declinationē latinā referri possunt. nūc de ijs: quę desinūt in conso-  
nantes: nō quidē omnes: sed in tres tātū liqdas. n. r. s. z vnā dupli-  
cem. x. nā in. l. z. m. nullum graecū nomen terminat: sicut neqz in ali-  
quam ex mutarū numero.

In. an. i. gīt oia vltimā acuūt. vt titā titanos. paeā paeanos pelecā  
pelecanos. pāpanos. cui? genitiuū Clergii? in. viij. aenei. vsurpauit  
dicēs panos d more lycei. accētū acuto in fine ex regula supi? tradita  
Accusatiuū quoqz in bucolicis. Ad euz vna in siluis imitabere pana  
canēdo ex eadem regula accentu in prima.

In. en. p. e. lōgū acuūt vltimā plerūqz vt hymē hymenos. lichen  
lichenos. aden adenos. solen solenos. trozen trozenos. siren sirenos.  
Nonnūquam penultimā acuūt. vt hellen hellenos. In. in. p. i. iota  
q alterā qz habēt terminationē in. is. vltimā acuūt vt dīphi vel del-  
phis dīphinis telchi vltelchis techinis. salamin vlt salamis salaminis.

eleusin vel eleusis eleusinis. In. yn. quoque p̄ ypsilō eādē rationē sequū-  
tur. vt phorcyn vel phorcys phorcynis. poltyn v̄l poltys polytinis.  
In. on. longū quedā acuunt finalē. vt sarpedon. gerion. amazō. ante-  
don. chalcedon. carchedon. quedā acuūt penultimā. vt platon. zenō.  
theon. acherō. medō. laocoon. demophoō. hippocoō. que tria atq; his  
similia circumflectūt vltimā: si due vltimę contrahantur in vnam per  
syneresim. vt laocoon. demophon. hippocon. Ex quib; alię mittunt ge-  
nitium in. ontos. vt acheron. acherontos. medō medontos. laocoō  
laocoontos. demophoon. demophoontos. hippocon hippocoontos

Quedam in onos per. o. longam. vt platō platonos. zenō zenonos.  
theō theonos. daphnō daphnonos. qdā ionos p. o. breuē. vt daemō  
demonos. canō canonos. iason iasonos. agamenon agamenonos.

In. vn. per. oy. diphthongon quanquā apud graecos sunt cōplura  
mittētia genitiuū in vntos. haec terminatio nūquā a latinis vsurpāt.

In. ar. nūquā fere vsurpāt a latinis: nā qd apud medicos frequēter  
vsurpāt hepar hepatos latinis vox ē icognita p̄ eo qd ē iecur iecoris.

In. er. longū desinētia vltimā acuunt. vt soter soteris. aer aeros.  
aether aetheros. crater crateros. character characteros. cremaster cre-  
masteros. climater climateros. physeter physeteros. spinther spin-  
theros. Iber vero iberos in recto penultimā acuit in obliquis ante pe-  
nultimam: quam nos producimus.

In. ir. per. i. iota. aut. yz. per. y. psilō rar a sunt acuentia penultimam:  
vt gadir gadiros. marty2 martyros.

In. oz. acuūt proximam a fine. vt nestor nestoros. hector hectoros.  
rhetor rhetoros. polymestor polymestoros.

In. as. masculina penultimā acuūt. vt adamas adamātos. polyda-  
mas polydamātos. abas abantos. apesas apesantos athamas atha-  
mantos. atlas atlantos. chalcas chalcantos. cyphas cyphātos. cori-  
phas coriphantos. elephas elephantos. gigas gigantes. pallas  
pallantos. periphas periphantos. phorbās phorbantos. thaumas  
thaumātos. thoas thoātos. Soemina vero vltimā acuūt assumūtq;  
in genitio. d. vt acras acrados. dyas dyados. trias triados. ogdo-  
as ogdoados. heptas heptados. pallas pallados. lampas lampa-  
dos. quam rationē sequitur vnū ex masculinis arcas arcados.

In. es. lōgā masculina penultimā acuūt plerūq;: ea que mittūt geni-  
tiuū in. etos. vt crates crateros. chremes chremetos. dares daretos.  
cures curetos. laches lachetos. lebes leberos. magnes magnetos. ta-  
estap etos. thales thaletos. Et nomina quedā latina: que in grae-

cum sermone traducta amittunt. n. atque rursus in obliquis resumunt. ut clemes clementos. cresces crescentos. pudes pudetos. prudēs prudētos. vales valentos. Penultimā quoque acunt eaque mittunt genitiuum in eos. ut composita a sthenos qualia sunt anristhenes antistheneos. callisthenes callistheneos. demosthenes demostheneos. et a genos. ut antigenes. origenes. hermogenes. z a telos. ut aristoteles. praxiteles. pyrgoteles. Composita vero a cleos synerizata circumflectunt ultimam. ut agathocles. pericles. sophocles.

In. is. polysyllaba foemina non habentia duas terminationes que mittunt genitiuum in idos acunt ultimā. ut cnemis cnemidos. crepis crepidos. et patronymica siue habentia formā patronymicorum. ut priamis priamidos. aeneis aeneidos. thebaeis thebaidos. prophetis prophetidos. poetis poetidos. calamis calamidos. eumēis eumenidos. salmacis salmacidos. biblis biblidos. Quaedam tamen ex his acunt penultimā. ut themis themidos. cypriis cypridos. phasis phasidos. curetis curetidos. elis elidos. Quaedam acunt antepenultimā. ut sibiris. charibdis. thamyris. adonis. theognis: quorum masculina mittunt genitiuum in idos. ut paris paridos. theognis theognidos. adonis adonidos. Aduertendum tamen quod mittentia genitiuum in idos. per os purum mittere possunt genitiuum in. ios. more ionico. ut paris paridos vel parios. memphis memphidos vel memphios.

In. ois. mittentia genitiuum in. entos. penultimam acunt. ut pyrois pyroentos. simois simoentos. opois opoentos.

In. ys. per ypsilon quedam circumflectunt ultimā. ut ichthys ichthios quedam grauant eandem ut botrys botryos tiphys tiphys. quedam acunt: ut chlamys clamydos. tethys tethyos. erinnyserinnyos.

Hec habui candidissimi auditores: que de accentu graeco simul z latino vobis contra communem omnium opinionem traderem. Vos autem si michi auscultaueritis: precepta superius tradita sequemini: etiam si recetiores grammatistarum obstreperit: meque alijs in locis aliter sensisse fuerit calumniatus.

Ex impressione hispalensi eodem Antonio formas castigante. Anno a salute christiana. M. d. xiiij. decimo calendas nouembriis.


Colore di Falbe  
Sporra veneranda

h m m m

2







B

BIBL

D

TOLEDO

BIOTECA PROVINCIAL

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

115

TOLEDO

BIOTECA PUBLICA

Dep.

INC

342

115

115

115

115

115

115

115

115

15112